AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 80r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift

illi amico deuia uenisse. & quod ei apponere non habere!
Si autem ille respondeat iam se requiescere. & seruos suos secum
nec debere illi propter inquietari ille autem pulsando insistere
& persuaderet nec pudore uirtutis abscedat. si necessitate coac
tus imminet resurrecturum illum. & si non propter amicitiam certe
propter illius improbitatem. & daturum ei quantos uoluerit;
Quantos autem uoluerit. Nichil plus uoluit ille quam tres;
In hac igitur hortatione dominus & omnino stimulauit
nos quaerere pulsare. petere. donec accipiamus. quod petimus
quod quaerimus. quod pulsamus. Ipse exemplo a contrario. sic de
illo iudice. qui nec deum timebat. nec hominem reuerebatur. &
tamen cum ei quedam uidua interpellaret cotidie. tedio uic
tus dedit quod beneficio non potuit inuitus. Bonum autem nobis. ihe
xpe. inter nos petitor; cum patre dator: non utique nos tantum hor
taretur ut petiremus si nolle dare uellet. Erubescat humana pi
gricia. plus uult ille dare quam nos accipere! Plus uult ille mi
sereri quam nos miseri ~~coeli~~ liberari; & utique si liberati non
fuerimus. nos miseri remanebimus. Nam ille quod nos hortatur
propter nos hortatur; euigilemus & hortatum credamus: pmitten
ti obsequamur ut addamur gaudeamus; Fortassis & uobis ali
quando uenit amicus de uia & non inuenimus quod ei apponere
mus. & necessitate passi sumus. & accepimus & nobis & illi. fie
ri non potest. nisi ut aliquis passus fuerit amicum aliquid inter
rogante. quod respondere non possit. & tunc se inuenit non habe
quando coactus est dare. Ecce tibi amicus de uia. id est
de uita huius seculi. inqua omnis uelut peregrini transeunt
Hec ullus quasi possessor manet; sed omni homini dicitur; refert es
transi. age ut da uenturo locum; aut forte deuia mala
hoc est de uita mala fatigatus. nescio quis amicus tuus

Domine ne
in furore tuo